Ф IV, N2 Кур. сч. ~~468~~ 480 1

ЦѢНА ДВА
РУБЛИ

In Nomine Domini Amen. Et que ea quae in=
ter mortales sub tempore fiunt negotia procedente aetate
in oblivionem venirent ad posterosq; et Successoris nul=
la gestorum noticia perveniret. Proinde Regum
et principum alia consilia invenerunt, ut huiusmodi
negotia, quae sub eorum principatu et regimine agun=
tur, ut in noticiam posterorum deducantur sub et fideli
testimonio perhennare. Ad perpetuum proinde rei memoriam Nos
Alexander Dei gratia Magnus Dux Lithvaniae nec non Terra=
rum Samogitiae Russiae Kiioviae etc. Dominus et haeres Signifi=
camus tenore presentium quibus expedit universis praesentibus, et futu=
ris. Quomodo venientes ad praesentiam nostram circum specti procon=
sules et consules civitatis Nostrae Surax Nomine et commissione to=
tius communitatis nobis Supplicaverunt, ut ipsis Jura et privile=
gium Juris Theutonici Magdeburgensi ipsis per Serenissimum Prin=
cipem et Dominum Kazimirum olim Regem Poloniae et magnum
Ducem Lithvaniae et genitorem Nostrum Charissimum confirmaremus
Nos volentes in robore et firmitudine literas Genitoris nostri expressas
habere et conservare ad petitionem eorum licitam gratiosi annuentes, Jura
seu Privilegia ipsorum huiusmodi confirmare et roborare voluimus
presentibusq; roboramus confirmamus et approbamus. Quarum tenor de
verbo ad verbum sequitur. In nomine Domini Amen. Kazimirus
Dei gratia Magnus Dux Lithvaniae Russiae etc. Ad rei memoriam
sempiternam Significamus per presentes universis et singulis tam
praesentibus quam futuris praesentium notitiam habituris. Quomodo
volentes civitatis nostrae Suraset conditionem meliorem fieri et in
multitudine populi felicia suscipere incrementa praefatae civitatis
Nostrae Suraset ac omnibus et Singulis civibus et incolis utriusq; ritus
videlicet tam Sanctae Romanae, quam Graecae Ecclesiarum Cultoribus
ipsam civitatem inhabitantibus praesentibus et futuris Quia dedimus
contulimus et praesentibus damus et conferimus Jus Theutonicum
quod Magdeburgense dicitur ibidem perpetuae duraturum, in omnibus
suis constitutionibus, punctis articulis et sententiis prout aliis civita=
tibus nostris Vilnae Cowno Brzescie, dedimus et contulimus, et prout
ius ipsum Theutonicum habet et requirit Removentes in expressa
civitate Surax omnia alia Jura modos et consvetudines universas
quae ipsum Jus Theutonicum habet et requirit removentes in expressa
civitate Surax omnia alia Jura modos et consvetudines universas
quae, Magdeburgensi plerumq; perturbare consueverunt, eximimus im
primis absolvimus et liberamus perpetuo omnes et singulos cives et inco=
las civitatis Surax ab omni Jurisdictione et potestate omnium ducatus
nostri Lithvaniae et Russiae Palatinorum Capitaneorum, Judicium
et aliorum officialium, et a cairo in eodem Surax eius officio libus
Ita quod coram ipsis aut coram eorum aliquo pro causis tam magnis
quam parvis, puta furti, sanguinis homicidi Incendii et membrorum
mutilationis et quibusvis aliis minime respondere, nec aliquas paenas
solvere tenebuntur, sed tantum coram Advocato ipsorum, et non aliter
qui Jure Theutonico Magdeburgensi Advocatus autem coram nobis
aut nostris Successoribus et hoc dum literis nostris citatus, fuerit
respondere tenebitur. Insuper expressos cives civitatis Surax eximimus
et liberamus ab exactione Tabernatium alias Kapia perpetuo in aevum

Harum quibus sigillum nostrum praesentibus est subappensum testimo-
nio literarum. Actum et datum in Mercz Feria quinta post festum exal-
tationis Sanctae Crucis Anno Domini Millesimo Quadringentesimo
quinto Praesentibus ibidem Illustri Duce Georgio Siemenowicz Tenu-
tario in Pinsko Magnificisq strenuis et Nobilibus Petrasio Montigier-
dowicz Terrae Lithvaniae Marschalco generali, Joanne Gastold Vil-
nensi, et Joanne Moniwidowicz Trocensi Palatinis Stenkone
Godigoldowicz Michaele Cancellario aliisq quam plurimis testibus
fide dignis Nos vero expressus Alexander Dei gratia magnus
Dux Lithvaniae Etc. Nedum literas Privilegii iam insertas ge-
nitoris Nostri Charissimi roborare, prout iam roboravimus sed
etiam expressam civitatem Suraż et ipsius incolas, gratia et donatione
Nostra Speciali providere et augere volentes, ad Supplicationem eorundem
civium ut ipsis quasdam Terras, seu agros daremus, quia paucos
et ferre nullos agros haberent. Volentes itaq expressam civitatem dilata-
re, ut cives eam inhabitantes Redditus et Tributa nostra solvere suffi-
cerent, sed quia agri seu Terrae servitutes Służebne ciągłe et Tributa-
riae vulgo Dziakelne dictae, quarundam hominum Nostrorum aliae
vero desertatae advenerunt, seu continuatae sunt in sub civitatem ex-
pressam Nos volentes civitati expressae defectum providere absq
praeiudicio hominum qui in eisdem Terris resident, commisimus
et mandamus specialiter magnifico Nicolao Mikołaiowicz Subpincernae
magni ducatus Lithvaniae et capitaneo Bielscensi, ut pro iisdem agris
seu Terris possessionatis commutationem redderet desertales vero adiun-
geret, et quod omnes sic huiusmodi agros circumequitaret, et granitie-
bus limitaret pro expressa civitate. Expressus pro vero magnificus
Nicolaus Mikołaiowicz capitaneus expressus Bielscensis, secundum
commissionem et mandatum nostrum agros seu Terras pro civitate
expressa circumequitavit, vulgaliter Obiechał et limitavit. Incipien-
do a Fluvio Narwia inferius civitatem directa per fluvium
Kpruska, et Fluvio usq ad molendinum nostrum a molendino vero
eodem fluvio Kpruska in altum in fluvium Iasienowka ubi Kpru-
ska advenit, et se cum coniungitur, superius Fluvium Iasieniowka
et ibi Signatia facta sunt, in arbore Brzesth, et ab istis signati-
bus granities transeunt per depressum alias łogiem et in aquosam
alias Mokraglno usq ad campos elaboratos, et ab eodem loco directe
per campos et mericas alias Dąmbrowy usq ad extremum sylvae
Ikołacza dictum et sylvam istam praeteriendo et ultimus limes di-
recte per lutum iuxta Narew Fluvium superius civitatem
Unde expressus Capitaneus Noster huiusmodi limitationem
ex mandato nostro factam nobis inscriptis obtulit, Quam nos li-
teris seu Privilegio inserere mandavimus approbavimus et
confirmavimus, agros huiusmodi et campos sicut expressum
est circumequitatos pro civitate expressa Suraż consignandos
inscribentes praesentibusq inscribimus habendum tenendum paci-
fice et quiete possidendum nunc et in perpetuum De quibus
agris et campis sic limitatis et per Nos donatis expressi cives quili-
bet de parte sua agrorum per ipsum possessa et laborata decimam
manipularem de uni grano, Plebano Ecclesiae Parochialis in ibidem

solvere tenebuntur, tam Graecae, quam Latinae Ecclesiae neminem excipiendo. Granities vero et limites antiquos, quos cum villa Rottkowo, ex antiquo habuerant, et usq; habent, qui limites transeunt inata Terras Terrigenarum nostrorum dictorum Smierdzi groeny et vadunt usq; ad Grzewkam fluviolum et ab eodem Fluviolo usq; ad Narew fluvium ex huiusmodi granities et limites antiquos ipsis praesentibus confirmamus. Item expressi oppidani coram nobis exposuerant, quomodo tempore siccitatis et Inundationis defectus habent molendinorum. unde volentes tuncto defectui ipsorum subvenire, ipsis admisimus et praesentibus admittimus, molas manuelas alias Zarny in domibus habendi, et eisdem molis molari sub tali tempore siccitatis vel inundationis. Tempore vero quo molendina sufficerant molare ipsis huiusmodi molis non admittimus excepta pauca molatione sicut pro pulmentis vel commodo insufficientibus et pauperibus hominibus istud concedimus. Damus insuper et admittimus expressis oppidanis Sylvas Nostras et nemora liberas pro aedificiis et lignis absquae quavis prohibitione Tenutarii nostri et sui officialis et Terrigenarum. Eximimus insuper expressos oppidanos a foralibus alias Targowego et homines de districtu alias z Włości, exceptis Forensibus hominibus et advenis qui solvere tenebuntur. Admisimus praeterea, et praesentibus admittimus expressis oppidanis Fluvium Narew liberum ad piscandum et faciendum obstacula, alias Jazy et ut expressa civitas Suraż meliori ordine dirigatur, secundum dispositionem Magdeburgensem ordinavimus, constituimus, et praesentibus ordinamus. Quod communibus cum advocato haereditario annis Singulis tres consules eligant, qui tres consules cum communitate simul quartum Proconsulem eligere debebunt, et non aliter Qui Consules post electionem nobis de obedientia servanda, et Justitia pauperi et diviti praestanda totiens quotiens eos eliga contigerit Juramentum praestare tenebuntur. Item ordinavimus et ordinamus quod poenae Judicatae, alias Potoczne nihil amplius nisi decem solidi recipiantur, qui faciunt sedecem Ternarios testimonialis vero alias Pamiętnego quatuor solidi et non amplius. Item consvetudinem Kunica dictum quae recipiebatur quando partes inter se iniuriatae amicabiliter componerent absq; Juris Scitu quam nos consvetudinem et alias Ruthenicas penitus annihilamus, decernimusq; quod omnino non accipiantur. Judex Juratus Judicium tanire debebit in duabus Septimanis excepto Judicio necessario. Officiales vero cum consulibus praeter expositum Judicium tantum nihil Judicare debebunt, nec aliquas decernere paenas solum bannito seu exposito Judicio In quorum omnium evidentius Testimonium Sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Actum et datum in Grodno Feria Sexta, post Festum Sancti Bartholomei proxima. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Primo. Praesentibus ibidem reverendis Magnificis et generosis Domino Alberto Episcopo Alexandro Jurkowicz Castellano Vilnensi et Capitaneo Grodnensi, Joanne de Zabrzezie Palatino Trocensi et Marschalco

Supremo Magno Ducatus Lithvaniae Nicolao Mikołaiowicz subpincerna Magni ducatus Lithvaniae et Capitaneo Bielscensi Ianusio Alexandrowicz Incisore nostro et Tenutario Stamnicensi Michaele Duce Hlinsken Marschalco Curiae Nostrae, Petro Olechnowicz Magistro coquinae nostrae Nicolao Gingitowicz magistro coquinae Ducis nostri, et aliis quam plurimis fide dignis per manus honorabilis Stanislai venchi Notarii nostri qui praesentia habuit in commissis.